



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Et aliorum preces nunc maximè corrogat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

pro communi cœtu fidelium, pro Pontifice Maximo, pro Christianis Potestatib<sup>o</sup> assidue prosternebat ante Deum cor suum, & spiritum effundebat: Et litanias recens editas pro felici Ecclesiæ statu, quarum exemplum ab Apostolico Nuntio acceperat, nullo die nō exequebatur summo studio. Sanctos vero Patronos earū Ciuitatum, quæ à recta fide defecerāt, singulari pietate venerabatur: idq; vt alij sacerdent, magnopere laborabat: primū vt quodammodo suppleretur honos, quo suis in Ciuitatibus fraudabātur ab impiis: deinde vt per eorum patrocinia desertoribus ipsis misericordia Dei placaretur. Nullū prætermittebat diem, quo non semel, atq; iterum, atq; adeo sæpius Deiparæ rosarium orando percurreret. Nec habuit quicquam in languore molestius, quam quod sūtim crepto à P. Rectore etiam Breuiario coactus est ab sacerdotali psalmodia, & Missæ sacrificio astinere. Ceterū in contemplationes diuinae auferebatur, vt qui videret habitum contemplatis, plane intelligeret animum quasi corporis oblitum in Cælo peregrinari, & iam tum Beatorum choris interesse. Nec vero contentus erat preci- bus suis, sed cum alienas, qua memorauimus in- Totus in ora-  
tiones effun-  
diuer.

stantia,

Et alterum  
precii nunc  
maxime or-  
rogat.

stantia, corrogasset semper, tum sine modo, ac fine ne comquirebat, rogans & coram, perq; literas amicos, non modò vt ipsi pro se apud Deum supplices essent, sed alios etiam quā plurimos ex suis quisq; sociis adhiberet. Aiebat enim cupere se ut eiusmodi comprecatores quam plurimi sibi contingēt, qui sua pietate tam ærumnosum senem subinde fulcirent, ac sustentarent. Quas preces vt cupide postulabat, ita consequutus maximi faciebat. Pridie sancti Nicolai forte literas accepit, quibus complura sacrificia, tum rosaria, psalmi, litaniæ, & huiusmodi precationum numerus ingens deferebatur. Quas literas dum legit, ea concitauit mentem lætitia, sic emicare cœpit ex vultu animi gestientis diuina quædam hilaritas, vt qui præsens aderat socius, totum os angelicis velut radiis intueri sibi coruscans videretur. Subiit deinde, maius illud esse donum, quam vt vnum perfrii ipsum deceret. Itaq; postridie thesaurum omnem positis in disco literis, quibus consignatus erat, sancto Nicolao obtulit, vt inter Collegij socios, qui omnium maximè indigerent, ipse distribueret.

Inuisentes, qui non pauci cum è laicis, tum è  
sacris

*Inuisentibus  
restituta  
monstra*

